

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Nikolaus Erasmi

**Georgii Nicolai Erasmi, Ohrdrufiensis Thuringi, Tristium, hoc est Epigrammatum,
Quibus Belli, procellarum, & exequiarum praecipue continetur Historia, Libri Tres**

Grustrovi[i]: Scheippel, 1663


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739973X>

Druck Freier  Zugang



PI

Cq-1671¹⁻¹⁰





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72739973X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739973X/phys_0004)

DFG

GEORGII NICOLAI ERASMI,
Ohrdrufiensis Thuringi,
TRISTIUM,
hoc est
EPIGRAMMATUM,
Qvibus
Belli, procellarum , & ex-
qviarum præcipue continetur
Historia,
LIBRI TRES.



GUSTROVI,
Typis imprimebat CHRISTIANUS
Scheippel / Typ. Ducalis, 1663.





Ad Autorem.

I.

TRISTIBUS adjiciam vis calculum,
& ecce GEORGI,
Do! Tibi læta fluant, Tristia Te
fugiant.

II.

Tu Victor populi vinces deliria Mun-
di, hæc (DEI.
Tristia dant, Tibi Tu gaudia, qvære,
III.

Tristia cur pangis cum habeas per am-
bile Nomen?

Non votis, fatis carmē inerme venit.

IV.

Tristia hic lætis, sic ferri mixta jocosis,
Ut Tibi se dedact heus lacrymæ, inde
sales!

DANIEL JANUS,
Superintend.

12

13

Ad

DN. GEORG. NICOL A U M
ERASM U M, Pastorem Lagensem
vigilantissimum, Poëtam claris-
simum, Amicum optimum,
Cùm ederet Libros Tristium circa
novi anni tempus.

EPIGRAMMA.

V Inceret u populos poteris, hostesq; ma-
lignos,

Et vero dici nomine NICOLEOS.

Furta patrat miles nō amplius, atq; rapinas,
Stigmata niam vestri carminis ille timet.
Vincit verba ligas, queis ultor furib; instas,
Outinam illorum vincula colla ligent:
Archilochi jambus laqueo multasse Ly-
cambin,

Dicitur, o Satyris fac idem, Erasme,
tuis,

f.

Daniel. Georg. Morhofius,
Doct. & Prof.

ad

*Ad Autorem,
Restaurationem TEMPLI LAGENSIS piè,
& sollicitè procurantem, Theol.
& Poetam.*

Sortiti nomen sunt à faciendo poëtæ,
Tu Fundis cultis carmina docta
typis;
Et Facis, ut Templum Domini repa-
retur, ERASME,
Hæc demum verè Sacra Poësis erit!

STEPHANUS HANE,
Pastor Cathedral.

Ad
GEORGIUM NICOLAUM
ERASMUM, historiam Belli,
Procellarum & Exequiarum ter-
so poëmate describentem,

Ordine res gestas; Ventorum sæva no-
tasse
Murmura, restragicas effigiâsse metro.
A3 Martis

Martis ut & Mortis rebus gestisq; relatis

Hoc ego præcelsi pectoris esse puto.

Id genii præstas indagine, docte GEORGI,

Theilogiâ claris annumerande Viris.

*Qui dubitas, Lector, præsentes volye.
bellas,*

Judicio fies certior ipse tuo.

HARDWIG HANE,

Past. Rekeniz.

VIR Reverende, mihi limatos mitte-
re versûs

Gaudes; cur limant discupis ergo
meam?

Hem, videant lucem! miscentur tri-
stia lætis.

Nil mundus præiens, qvàm γλυκύ-
πίκρα, Sapit.

M. BLASIUS GRABIUS,

Sch. Rostoch. Sen. R.



Lectori Salutem.

C Andide Lector, qvisqvis es, hic
paullum subsiste, &, priusqvam
nostra legere incipias Tristia, pauca
monentem attende. Si qvæ fortè vide-
bis oscitanter posita, Horatiani memi-
nisse Te velim præscripti, qvod, exce-
ptis aliquot funebribus, ob memoriam
recentis adhuc Historiæ prævertere
non dubitavi. Qvòd verò pauca qvæ-
dam, Tragicum schema non planè re-
præsentantia, interseri advertes, ratio
hæc est, qvòd tristi hoc curriculo iti-
dem ficta potius, qvam in cuiusqvam
injuriam facta, lugubrem, si planè at-
tendas, induerint plæraq; habitum, &
exinde locum suum qualicunq; modo
defendere possint. In titulis me esse
brevissimum, vel planè nullum, fa-
cile feres, si materiae ponderabis com-
pendia. Hæc fuerunt, qvæ Te volui,
amicæ Lector. Uttere nunc, & fruere
nostris non lucubrationibus, sed te-

A 4.

nebris.

nebris potius, qvippè, qvæ sine can-
delæ ministerio, plumis per noctem
involutum, metu malorum tantum
non opprimentium, ægerrimo enim
xum me esse ingenio, fateor ingenuè.
Vale, Lagæ Megapolitanorum, sub
ditione religiosi Principis, Domini
GUSTAVI ADOLPHI, ipso die
Fabiani, & Sebastiani, anni feliciter in-
choautis 1663.

GEOR-

7.
GEORGII NICOLAI
ERASMI, OHRDRUFI-
ENSIS,
TRISTIUM,

Hoc est
EPIGRAMMATUM,
Qvibus

Belli præcipuè continetur
Historia,

*Ad generosum, primæq; nobilitatis
Virnm,*

JOACHIMUM HENRICUM
VIEREGGIUM,

Rossevizi, Sibbezini &c. Dominum,
Parochialem, & Fautorem suum
magnum.

LIBER PRIMUS.

Ad Lectorem.

Qualem præterito se lœtitia obtulit
anno,

Talem præfenti, Lectori amice, noto.

A s Uttere

*Utere, & ut post hac neta lia fundere cogar,
Materiem avertat, de venerare Deum.*

2. *De globis igneis, 26. Febr.
anno 1659, medio die, sudo
cælo, cadentibus.*

Diversis delapsa locis incendia flamma:
Portendit, totâ quæ regiōne micant.
*Parce Deus misericordia, Te quamvis criminis
nostra.*

De docuere, tameu define, parce Deus.

3. *Ad generosum, & nobilissimum
Joachimum Henricum Vier-
eggium, Roslevizii Dominum.*

Illorum quoq; Tn pars es, qvos tristia, læ:
Sublatis, vitio corripuere suo. (tis
Hæc animo forti, & celso, vir magne, tulisti,
Et plus, quam nocuit, profuit ille labor.

4. *Semestre Megapolitanum.
Ad Eundem.*

Aga, & Sternberga, & Gryphsmæla,
& Gnœja subiectæ
Ignibus hoc potuit judicis ira Dei.

Ne:

Nè tamen hæc miseras sors & mors una
maneret, (edit.

Ferrum, quod rindex flamma reliquit,
Fides

Ad Danielem Janum, Distri-
ctus Gustrov. & Rostochiensis
Superintendentem.

Nostra fides quamvis sit parvula, tan-
gvida quamvis,
Bellorum montes transferet illa tamen.

6 In Vilmum.

Omnia vertuntur. Pastoris vivere vitam
Debebas, vivis, Vilme inimice, lupi.

7. De præsentissimo periculo.

Hannibal ad portas iterum est, hunc
supplice voto,

Quam ferro malis subdere, Teuto, tibi.

8. Ad Domesticas.

Cara veni conjux, mea pignora casta ve-
Auxiliu vis est omnis in exilio, (nite,
Vis quam lata ea sit, lachrymarum proditis
imbre.

Fidamus. post hæc nubila Phœbus erit.

9. Com-

9. Commune Periculum.

Mansio nulla domi est, alibi spes nulla
salutis,

Sunt spolium saevis omnia nostra viris.
En queis sudatum est, falx en queis meßuit
arva.

Ah, qvæ tempora nos corripiere, Deus!

10. Perditio vehemens.

Ad Joach. Christoph. Behr/
Semmeloviaæ Dominum.

Quartuor exactis magno conamine lu-
bris,

Hac paradisus erat undiq; terra loci.
Vix Mensis spacio facta est spelunca latro-
num.

Sæpè anni fructum devorat una dies.

11. Ad Michaëlem Archange-
lum.

Claudo tuopartem exiliis, summe Angele,

Festo,

Et templi supplex nomine fundo preces,

Cœs

Ceu stabulum pecoris factum est, ceu fæda
cloaca,

Sic stabulatores opprime, tolle sues.

12. Bonum durans.

Ad Steph. Hanium, Th. Gustr.

Furati libros, præclara volumina, no-
stros,

Furari vita non potuere Librum.

Vitæ servato, nulluni mihi, testor, ademtū,

Nam possum quævis hoc reperire Libro.

13. In Fures Sacrilegos.

Qui nostram ornatu spoliarunt nequi-
ter Ædam,

Conatus omni destituantur ope!

14. Ad Deum ter max.

Non meritum propter nostrum, quod
crimina nullum

Fecerunt, propter Te modò parce Deus.

15. Fides.

Ulla fides melior nulla est, si permanes
ulla.

Oblinet ulla fides omnia, nulla nihil.

16. Spes

16. Spes.

Bellator vehemens toto licet agmine
tundat,
Speres, nam spes supeditata venit.

17. Patientia.

Permagnum mercedis habet patientia
nomen.

Sis patiens, olea pingvia ferta feres.

18. In Chelenum.

Dicere non poteris, tibi justitiam esse
negatam,

*Annum quæ nonum in cognitione fuit.
Materies ter tres quādo servatur in annos,
Tūm novus eximiā fit bonitate liber.*

19. In Alempum.

Protectoris opus debebas tangere verax,
Projectoris onus pagis, Alempe, ferox.

20. In Lausum.

Vicinis Lausus, jus fas qui subruit omne,
Ex pessimis est pessimus.

21. Triplex

21. Triplex anni 1659. dispendium.
Ad Hermannum Schuckman-
num, Doctorem Theologum.

Horrea flamma vorat, geminum bona
cætera + ferrum,
Pro trib⁹ his damnis ter tria dona feram:
Non quia dignus ero, bona percepisse, be-
nignus
sed quia dignus erit, retribuisse Deus.
+ Brandæburgicus, &
Pòlonicus exercitus..

22. Malorum causæ:
Ad Hardevigum Han, Past.
Rekenizen.

Nominis æterni (proh pestem!) turp⁹
abusus,
Sacramentorum dirus in ore modus.
Verbi neglegens, Festorum tempore sudor,
Ut desperdatur, non recolatur ager,
Dæmonis & nomi pueri, seni⁹ probat⁹,
Et diræ, qyot nec Cerberus ipse latrat,
HRC

Hæc sunt, hæc inquam, quæ nobis tristia
quævis

Objiciunt, ipsis teteriora malis.

23.

Miles.

Dic, in Christiano, Turcâ quid milite
differt?

Eheu, diversum non nisi nomen habent.

24

Ad Jesulum.

Hoc luctu, & fluctu noli discedere, tecū
Mors vita est, sine te vivida vita nihil.

25.

Commune malum.

Ad Dan. Janum, Superint.

Curia, templo Dei, Schola, & Oecono-
mia malorum (bent.

Iliades, quando Mars dominatur, ha-

26.

Ex rapto.

Mecklenburga infons didicit, Pome-
ria novit,

sors eadem quod sit militis, atq; lupi.

27.

Miles.

Demonis in morem quia destruit omnia,
non est.

Militis in toto corpore mica salis.

28. Miles

28. Miles Polonus.

Cui volucrum generi societur Sarmata,
notum est:

Fœdavit nidum trux aris ipsa suum.

29. Pietas militaris.

Illi homines non sunt homines, qui tem-
pla prefanant,

Aemutant stabulis irreverenter equum.
Et, qui sanctorū quoq; dormitoria pandūt,
Eheu, Sylvestres sunt Acherontis apri!

30. Mundicies militaris.

Fædi homines, qui templo Dei secere
cloacas,

Infernalis erunt fæda cloaca suis,

31. Conscientia militaris.

Nulla viris pietas, spoliant qui nequiter
aras,

Agesilaus damnat hos facto suo.

32. Ad bellorum Præsides.

Quæ vestri patrant Scurræ, si ferre po-
testis

Amplius, & Stygias ferre potestis aquas.

33. De

33. De Smilace.

Ludendo *Smilax opulentam perdidit urbem,*
Lucratus medium, parvule page, tui.

34. Ad Josuam Arndium,
Conc. Aulicum.

Aulica turba mala est, tu Pastor es auli-
cus, illam (nam,
Non patiendo malam, sed faciendo be-

35. Ad Angelum Custodem.

Tu nisi mille malos prohiberes, *Angele*
caſus,
Corpus ad amissas protinus iret opes.

36. Ad Salvatorem.

Major peccatis hominum es bonitate,
pudorem
Deleat hæc nostri, perniciemq; soli.

37. In hujus seculi mores.

Si salvant mundi virtutes, crapula, luxus,
Hospitium Cereris servat inane gener.

38. In

38. In Meletium.

Lemnia nuper erat, Meletz, sua matula,
quæ nunc
Dimidium est animi, deliciumq; tui.
Semper amant similes laetucas labra. pro-
tervè es
sordidus, & stupro sordida Nupta placet.

39. De Germanis & Gallis.

Galli sunt asini, + Germano à Cœsare di-
ctum est,
Omnia; quæ, Reges imposuere, ferunt.
Multæ tulit nuper Germanus, plurima:
nunc fert.

Reclè audit* frater, bajula Galle, tuus.

+ Maximiliano I.

* Germani antiquitus dicti
q. fratres Callorum.

40. In Dolamnum,

Militem temerarium.

Adibus impropris meretricia terga fa-
tigas,
Officiumq; viri, nescio cuius, obis.

41. De

41. De Laga.

Nomine magnanimi quondam gavijat

Leonis,

Sustinuit fortes robore forte viros.

Nunc * Laga, vel, quod idem est, Leporaria
dicitur. eheu

Vix lepores, si non more, timore foveat.

+ Olim n. Lavve q. Leontia
dicta.

* Laga ἄνοι Τέ λάγες, ob
perpetuos irruentium mi-
litum timores.

42. In duos ejusdem praedæ
appetitores.

Inter vos agitur planè concordia discors:
Vultis idem, sensu disparate, vultis idem.

43. In Dolanium.

Quælibet arrodis rabioso dente, dierum,
Non spero, vitam Te superare novem.

44. In Gelasium

Cæsar is es miles, sed non pro Cæsare pu-
gnas,
Servus inutilis es Cæsar is ergo tui.

45. In

45. In Piscarium impium.

Toto, quo mecum vivebas tempore, ne-
quam,

Indignus, cui Sol irradiaret, eras.

46. Ad duos Neonymphos.

Integra Teutonico qramvis sors exulat
Orbe,

Pax & pacta palam dicitur esse, nec est.

Qramvis prima imis miscentur, & infima
summis,

Pax & in his turbis dicitur esse, nec est.

Pax in conjugio tamen est conclusa piorum,

Pax ea sit vobis propria conjugibus.

47. De anno 1683.

Tres, octoginta, sexcenti, mille docebunt
Anni, num tremulum stetve, cadavre
solum.

48. Ad Mæsiūm.

Mæsi disce tuam sic attriccare puellam,
Nè sint post Menses dulcia amara novem.

49. Calix. (verum,

Ex me virgo bibit, bibit & Meretricula;
Illi do ritæ pocula, mortis huic.

50. Ad

50. Ad Celsissimum Dn.
Gustavum Adolphum, Ducem
Mecklenburgicum.

Gloria erat belli Sveonum Gustavus
Adolphus,

Gloria, Adolphe, pari nomine, pacis erit.
Pax quærit victum, bellum consumit eundem:
Hinc Princeps, quam sis gloria magna
vides.

51. Ars & Mars.

Ars scitè consert, ut quis sit nobilis, at
Mars

Sæpius haud scitâ nobilitate beat.

52. Bonum permanens.

Ad Herm. Schuckmannum,
Doct. Theologum.

Vidum, & vestitum, &, si quæ potiora
fuerunt,

Hactenùs Harpyiae surripuere truces.

Unum non nôrant, neqvierunt addere rapto
Jesum, quo misso, surripuere nihil.

Est victus, vestes, est unicus omnia Jesus.

Jesus septuplò reddere cuncta potest.

53. Musæ

53. Musæ.

Adjectiva sient, desint Adverbia Musis,
Gratis, non gratis, namque, favere soleant.

54. Bellum.

Nobis quos faciunt inimicos bella tumul
tus,

Salvator syadet, mens ut amica ferat,
Esse etenim gemmas certi præsagia veris,
Ver ades, æternum ver properanter ades.

55. Ad Lectorem.

Maris de populo sum cōditione locutus,
Percipiendo malos, excipiendo bonos.

56. In Furium militem.

Pro saccis, eheu! das yerba, & verbera
plenis.

At verbis fallis, verberibusque furis.

57. Ad Hardvigum Han, Th.

Tempora nubila sunt, verūm tibi jubila
gignent,

sole, & prole domum latificando tuam.

58. In Thrasonem.

Averso, nō adverjo quia pectore pugnas,
Miles es, es miles, prætereāque nihil.

59. Votum

59. Votum N. A. 1660.

Erigē collapsam bellorum fulmine terrā,
Jesule, nate recens, erige, namque petes.
Redde domos, pecudes, optatā redde quietē,
Esto ferax, non sit frugibus æger ager.

60. Exercitus insuperabilis.

Vota, preces, lachrymæ, quibis evaca-
bitinus urbes

Militibus, bona sunt arma, virtus, atque Ducces.
Militia nobis cedet victoria tali.

Sic pugnans, nullâ parte rebellis ero.

61. De Cheleno.

Oclavum postquam mentitur clauserat
annum,

Labendo, nonum cepit, & occubuit.

62. In Taphnomastygas.

Quæ defunctorum cineres turbavit,
amicæ

Luto, luto est turpanda sus tetrico.

63. Bellum.

Si bellū dices, mala dices omnia raptim,
Tanque parvâ mirum est monstra tot esse
domo.

64. De

64. De pareliis 8. Jan. 1660. Parchumi
& alibi visis.

Ad Jo. Chrysolithum, Theol.
Amicum suum.

Ter gemini ostentum solis portendere
visum est,
Dum pessum iverunt omnia nostra palā,
Solem justitiae nobis post nubila Phœbum
In gemitaturum. Luceat ille citē!

65. In Chelenum.

Semper onusq_z, omenq_z tuum, fraudesq_z
patebunt,
Vero gaudentes donec erunt homines,

66. Ad Salvatorem.

Eheu, quæ nos mors, sors, fors inimica
coercet! (gax.

Mors est aspera, sors lubrica, forsq_z fu-
verūm per te mors, sors, fors per amica co-
ronat; (nax.

Mors sit prospera, sors cœlica, forsq_z te-

B 67. Libe-

67. Liberatio.

Cum lateres fierent geminati, stramine
demto,

Oppressos Mosen eripuisse, patet.

Qui nos centuplici solvet discriminē nexos,
Nomine, & aeterno Numine Jesus erit.

68. Preces.

Spiritus, excitus precibus, necat aliger unus
Centum octoginta millia quinqu, virūm

69. Ad Deum ter opt.

Poenitet, atque pudet vita nos turpiter acta,
Mitiget hoc iram, Conditor alme, tua.

70. De Somniis.

Somnio militiam, divini Numinis iram,
Evigilans, video somnia vera gemens;

71. In frugiperdas.

Ad Blasium Grabium, Schol.
Rost, Senat, Rec.

Far latum subigat, sterilest turetur aris
fas,

Super frumentum qui stabularunt equos.

72. Afflicti-

72. Afflictiones Sanctorum.

Ad Steph. Hanium, Theol.
Gustrov.

Ceu; tortulari quando contunditur uva,
Incundo emergit dulce sapore meru:
Pondere sic duro miserarum Ecclesia reru
Pressa, precum sudat svaria vina Deo.

73. Ad Salvatorem.

Obcuræ noctis tenebræ nos undiq; cin-
gunt.

O Sol iustitiae luce veni, euge veni

74. De Globis igneis.

Nocte, dieq; globus mediis qvcm vidimus
igni,

Nos inimica die, & nocte manere, notas.

Anno 1659. 26. Febr. meri-
dianus, -i. Dec. nocturnus
apparebat, qvorum utrūq;
vidi.

75. Ad Josuam Arndium, Th.

Toxicón est bellum rebemens, est pesta,
& est mors,

Nil, bello pejus nōesse, datum est homini.

B 2

76. Ad

76. Ad Nicol Heideman/ Th.

Horum sub terra scribantur nomina,
qvorum

Sub terra cineres turbat avara manus,
Corpus at indignum, terræ quod mole te-
gatur,

Aëriamiserum pendeat arbore onus.

77. Ad Deum tet max.

Non sempertorvum, nato peccante, pa-
rentes,

Sed lætum, vultumox redeunte, vident.
Ergo iterum nobis jucundum advertit
vultum,

O Deus, iratum vertito, nam Pater es.

78. Divina nemesis,

Commoda felicis sunt facta incommoda
agelli,

Improba sunt tali crima plexa modo.

79. In Eulalum.

Vim nobis fieri, dum dicas, vim tamen
infers,

Jacobi vox est, dextera fratris Efa.

80. Res

80. Res in adversis secundæ.

Ad Rembertum Sandhagen/
Theol.

Conjux, & charitum numero, mea vis-
cera, nati,

Dum salvæ, Jesu prospiciente, manent:
Sint libri amissi, bona sint mihi cetera a-
dempta;

Eflo, qui dedit hæc, septuplicans referet.

81. Suspice.

Ad Salvatorem.

Temporibus, Dux fortis, eunt qvibus o-
mnia pessum,

Nos capita in cælum tollere nostra jubes,
Hoc ab terrigenæ miseri non possumus un-
qvam,

Nitua de cælo sublevet illa manus.

82. De P. Lampridio.

Lampridium, qvamvis divum prætendat
honorem,

Non genitricis habet, sed meretricis amor

B 3

83. In

83. In Golium Arithmeticum.

Ad rationes quod rationem obtundere
rectam: (res.)

Non dubitas, ratio est, quod ratione ca-

84. Ad Tobiam Romberg,
Amicum.

Pugillos iterum donas, dum latro priores

Abstulit, his bellum suscipioq; Natos.

Lumen amicitiae es, tamen addis robur a-

maræ:

Materie, cui Mars, atq; procella parens.

84. Ad Joach. Henr. Vereg-
gium, Rossevizi Dominum.

Sauromatis stabulum sunt horrea factæ:
Polonus,

Dum supra fruges restat ligatur equus.

Omnibus ille agri careat successibus, opto,

Quis quis frumentum tam potulanter habet.

85. De Matrino.

Credis, homo quod sit Matrinus, credere
noli. (potest.)

Namq; hominum nemo tam ferus esse.

Credis.

Credis an infausti quod sit pars degener
Orci?

Dæmon, nō fallor, carneus esse nequit.
Est igitur mixtus: nam participavit ab illo
Corpus, ab hoc animæ pessima monstra
sue.

87. Pax.

Quam sit pax donum divini Numinis
amplum,

Lector, præsenti tempore nōsse potes.

88. In Furium.

Quis neget infernas iuste residere Pha-

langes,

Ore Deo faciunt prælia namque tue.

89. Ad Christian. Fridericum
Han., Basedoviæ Dominum.

Pace placent Leges, & rerum concilior

ordo:

In bello, paci quæ placent, jacent.

90. Ad amicum suum Hieron.

Weizium.

Incolimus mundum, Babilonis pessima
Regna,

Quicquid succedant optima Regna Salem.

B 4.

His.

His nihil est, nisi lis, Regnis, & seva tyran-
Illis æternæ gratia pacis erit. (vñ,

91. Laga.

Laga mea absynthi cur circumcingitar
herbas?

Infaustæ quoniam sortis amaralilit.

92. Ad Salvatorem,

Quæ dant cælestem divino munere pax.
Cuna terrestrem dent quoq; Christe,
tuæ,

93. Ad Joëlem Langelottum,
D. Medicum.

Mille caput nostrum mala circumstare
laborant

Bellica, quæ sœvâ nos feritate premunt.

Non tamen infando hoc cadimus sub pon-
dere presi,

Sic Deus est Medicus, dat bona mista malis.

94. In Thrafonem.

Qui nulli parcis, gladio furiose, crue-
tam,

Non miror, Thrafo, quod patiâre manū.

95. Ad

95. Ad Henr. Rahn, J.D.

Ignavum fuci pecus à præsepibus ire,
Quando voraverunt mella, favum quod so-
lent.

Nunc ibit miles, spero, vix ostibus ægris,
Langrida præsepiceu titubamus apis.

96. In Vilmum.

Si tibi vel minimi mens esset conscientia recti,
Delicti posset, Vilme, pudere tui,
Cui periit pudor, is pereat turpisima terræ
Moles, ac putor flebilis ossa terat.

97. Mecklenburga de se.

Cui non peccavi, me, me castigat, &
eheu,
Nam, castigando, nescit amare, vorat.

98. Ad Jesulum 1660.

Sancte puer, pueris mos est donare petita,
Ab dona pacis nos, nibil addo, bono.
Pace etenim ex ipso Te pacis fonte recepta,
Quipner, hanc sirenam mente, manuquod
feram.

B 5

99. Ad

99. Ad Deum crucifixum.

In celo retulit quæ passio præmia menti,
Sub celo genti, pacis amica, ferat.

100. Pax vobis.

Ad Eundem.

Exsurrexisti, sed pacis non sine dono:
Hæc pax in medio est bello adamata:
quies.

101. Ad Eundem.

Cælorum cælos superâsti, Christe, tri-
umpho.

O Martem, mortem debilitato trucem!

102. Ad Sp. Sanctum.

Spiritus alme veni, miseris solatia rebus
Suffice, nè cassas vita seqvatur opes.

103. Ad Hortulum.

Hortule, satte meâ qvondam pulcherri-
me dextrâ,

Hortule Sarmaticâ debilitate manu,

Hortule, forma iterum maneat e præsina,
fæxo,

Hortule sis constans, ym prohibente Deo-

Hortule

Hortule, sic dulces flores, fructusq; capessā,
Hortule pelliciens lumina, & oras tuos.

104. Miliciae mora:

Ad Jo. Chrysolithum, Theol,
Miles, qui nondum nostris discedit ab
oris,

Terram; consumto pane, vorare volet.

105. Ad Salvatorem..

Furta, rapina; bella, tumultus; ira, fu-
tores,

Ferculanos fermè quotidiana manent.
Supprime, Iesu, furta, tumultus; tolle
furores,

Intutum & tutum Numine rede solum.

106. Ad amicum suum Tobiam
Rombergium:

Horrendum cecidi, læsa cervice, malo-
rum,

Gum defungemur, Tobia, finis erit.

107. Bellum:

Ad Hieron Weizium.. (rum

Eheu nostrarum est Mars ultima lineare
Omnia furtiva nam rupuere manus.

108. Ad

108. Ad Hortulum.

Nunc iterum vultus, iterum oblectato
palatum,

Namque tibi vnlctum fingo labore novum.

109. Ad beatè defunctum.

Celsiss. Dn. Johannem, Ducem

Mecklenburgicum, (rum,

Nemalaterrarum tibi sunt onerosa tua-

In terram cunctae, Dux, bonitatis abis.

O mala rumpantur, nè vita parentis Addl-

pbi,

Incluta qvæ terræ est vita, seqvuta cadat:

110. Ad Salvatorem.

Per Martem in mortem ruimus gens & gra-

Redemptor

Vitam, per vitam qvæsumus, adde, tuam.

111. In Qvosdam.

Vestram inimicitiam, jus fas qvâ tollitis

omne,

Palliat egregium nomen amicities.

112. Ad Salvatorem.

Vestibus exsangvem spolian te, Christe,

latrones. (cohors.

Tempore in hoc nostro est hæc redivivæ

113. Parcæ

113. Parcæ nostri seculi,
Adamicum suum D. G. Morhofium,

J. D.

E brietas, scortatio, & execratio Parcæ,
ut

In cœlum parcè progrediantur, agunt.

114. Apologia.

Ad Joach. Henricum Vereggium,
Roslevizii Dominum,

V ersus diversos contra dum scribo Pola-
nos,

Non Ego primates stigmate signo viros,
Hos etenim magno ceu nomine dignor ho-
noris,

Sic feces hominum connoto, turpe genus.
At, si scurrarum se fecibus impluerunt,
Qvod non credo, illos fecibus addo viros.

115. Bella.

Ad Dan, Janum, Superint.

Quæ nobis vario nocumenta fuere tu-
multu,

Non sicutarum sunt documenta precum:

116. In

116. In Thrasonem.

Pro nobis orare malos, malus ipse met in-
qyam,

Debebas, sed nos, Thraso, vorare soles.

117. De vicinis quibusdam.

Quod pia debebat concordia necdere vin-
clo,

Sepium in verba, & verbera sava ruunt.

118. O tempora!

Ad Jac. Sturtium, J. D.

Daemonis ab vellent, ab noscere militis
iram,

Moribus & possent abstinuisse suis.

119. In cives quofdam.

Exilio pietas à vobis improba plexa est.
I pietas, & nunc civibus esto. gravis.

120. Ad Deum ter max.

Horrendo immensum commotus verbe-
re sevis,

Præ callo sentit verbera: nemo suo..

121. Meclenburga.

Mecklenburga fuit. mulier pudibunda,
virorum

Nulli, uno excepto Principe, nupta, suo.

Nunc

Nunc deflorata est. Deus huic veterem adde:
pudorem,

Putorem prædis sentiat aucta manus.

122. In Marcum.

D ebebæ misericæ tutor Lagensibus esse,
Ronchis verberibusq; effici illud opus.

123. In h. s: milites.

V ivitis exturpi rapti, captoq; sed apto,
Qvod vos extollat mortu in articulo.

124. Ad Jo. Frid. von Lehsten.

Wardoviae Dn.

Q ui strigibus parcit stigiis, cum perdere:
possit,

Harum tartareas sentiet ille crucis.

125. Ad misericordiæ Patrem.

V is, peniam, peniam delidi gnaviter o-
rans:

A hvenio, noli spernere, namq; vocat.

126. De Petulco.

Q uando latrones abeunt, abigente Pe-
tulco,

P rater naturam consimilèm horret avis.

127. Pervi-

127.

Pervicacia.

Mortales asini genium petulatèr inepti
Imbuit, insrene ut verbera nulla do-
ment.

128.

In Judices qvosdam

Parcit is haud paucis, qvos perdere debe-
batis.

V&, ferrago qvibus noxia fit, gladiis.

129. Ad Heinonem Behr/ Nustro-
vii Dominum.

Sedula sicut apis, jucundo pulso labore,
Vel cedit, in tutum vel properanter
abit:

Sic muli, qvibus est possessio adem a labo-
ris,

Aut pereunt, aut heu vix locatura petunt.

130. De militiæ Ducibus.

Ad Jo. Albert. Plischovium, Tre-
chovii Dn.

Reddores recte rexerunt militis acta,
Cui, qvicqvid libuit, non licuisse fe-
runt.

131. De

131. De Rezenstena, nobili Variscâ.

Rezenstena dedit, sexum mentita virilē,
Hosti virginē à funera multa manu.

Postea signavit, qvis talia fecerit Heros,

Facta Silesiaci gloria qvando tori est.

132. In Chelenum.

Quetunq; affirmas, mendacia puidas
credo,

Meg̃ anno fallit vix tua lingva semel.

133. In Cursignium.

Cur signi; es curvum, cariosum, & inu-
tile lignum.

Ex te nec Phidias Mercurium faciet.

134. In Pseudodoxum.

Das modò verba tuis, mentito gutture
fallens.

Herbis, non verbis fit satiata fides.

135. In Qvintum.

Fila loco duræ constringis serica virgo;
Tergora q̃ueis Stygiæ vis lacerare nu-
ris.

136. Ad

136. Ad ami cum qvendam
Præpingvi Caprum mutas vervece sala-
cem,

O vervex fieri posst & ille Caper!
Cūm verò nequeat, nis præ sedore feroci,
Dextera carnificis suppleat illud opus,

137. De uxoris infomnio.

Notte unā me defundū bis somniat uxor,
Nunciat hoc longum: vivere forte
mibi,

Hac ratione tamen mibi vivere nunciat,
ipse ut

Defundus mundo sim, valeamq; Deo.

138. De avaritia & lascivia.

Ad amicum suum Blasium Grabium.
Rect.

Lechem cum rechem, panis cum pene,
duabus.

Linguis, nē panis penè supersit, agunt.
Impigra avaritia est primus, Venus & gra se-
cundus.

Qui cupit illa, rapit; qui fugit ista, sapit;

139. Adi

139. Ad Militem.

Tandem abeas, padum pacis qvia sœdus,
hianti.

Nè nos, consumtis omnibus, ore vores.

140. Pax.

Plurima pax patitur Medicorum phar-
maca simplex, (plex.

O surgat post tot pharmaca sumta du-

141. In Curflignum.

Nones, Curfligni, sceleratus, at es scelus;
ipsum.

Deg probris, curvus nomine, curva refers.

Tereclum nemo faciet, nisi rector averni.

Rector, & heus estis rectificande pares.

142. Ad milites.

Ite bonis avibus quicung^o, boni estis, & e-
qui:

At quicung^o mali vivitis, ite malis.

143. In Meletium.

Te, qui debebat, non traxit Lazarus, albæ.

Sed Martæ facies illecebrosa tue.

Q Meleti, Meleti, qvæ Te dementia cepit,

ut lascivatus sit meretrilla Deus.

144. Pax.

144.

Pax.

Ad Dan. Janum, Superint.

Nobiscum pax est post plurima dama
reperta,At nondum pacem, qvicqvid habemus,
habet.Robur Oliva tamen pingvi qvia fecit olivæ,
Pacis erit tandem, si qvid habemus, habēs.

45. Pacis contenta.

Sunt homines clausi pacis, res optima,
pacis,

Exclusum, qvæ fraus est inimica, pecus.

146. In Voleſium.

Seduxit miserè Patrū muliercula Patrē,
Et, Voleſi, Fratrū Te meretricia Patrē.

147. De Templo Lagenſi.

Ad Lectorem.

Aſpiciens iclūs, tumidus quos intulit ho-
ſis,

Alme Deus, templi, dic, miserere tuī.

148. De amissis rapto Epigrammatis.

Sustulit una dies mihi treis inimica Libel-
los,

Qvimodò pro lucis fænore, funus habēt.

Qvos

Quos non una dies, non unus fecerat annos,

Hos citius punto susculit una manus.

Eumenides solitum solidum numerare populo, (bunt.

Cui sua corvorum rostra sepulchra da-

149. Ad Philopœmenem.

Pastor es, est pastor, tua cuius filia conjux,

Huic carnale, tibi est spirituale pecus.

Sic status observandus erat, sic regulare redi.

Pascunt Mystra suos, upilioq; greges.

150. Ad Hardevigum Hanium, Theol.

Frigida Mayoris sit mentio, servida mortis,

Et placide vivam, laetus obibo diem.

151. Ad Casparum Marchium Doct.

Medicum, & Mathem. insignem.

Augur Avem summam satagit committere summae,

Quæ carnes, terras, & vorat æra, Feræ.

Pectore nî clemens summi Jovis Aliger esset,

Auguris imbuueret Jangvine rostra sūi.

152. Ad Eundem. (Volucris.

Nulla tuo posita est calamo Fera, nulla

Non opus est scriptis indice clave tuis.

153. De

153. De Globis igneis.

Delapsus cælo, pyrius globus indicat a-
stum,

Qui nos afflixit, bellicæ flamma, tuum.

154. De loco qvodam supplicii publici.
In Pictorem ineptum.

Stare ubi justitiae persona, sed una, mina-

cis

Debuit, hem socias sex temere socias.

155. In Gelasium.

Quem tu a vexavit roties incuria, curat,
Te Ducas excelsi Maximus esse loco.
Scilicet, ut vero constent proverbia, vos ab
Infortunatam ducere militiam.

156. Ad opt. qvendam Heroa.

In medio pacem laudare, & querere bello
Victorum, memini quantum ego, ne-
mo jolet. (*rerum.*)

*Tu vero, ut notum est, dicas, pax optima
Velle Dei, velle est, lans ea summa, tuum.*

157. In Ullum,

Maritum Philotecon.

Uñorem ducis, Natos generare recusas,
*Nè tua in impropriis propria villa
cadas.*

Ni

Ni foret ingenuæ virtutis fœmina, posset,

Quæ duduæ meritus, cornua longa dare.

Sic caperet digna demæs prudentia fraude.

Prolis & impropræ sic tua villa foret.

158. In duorum ore mendacium.

Hoc absurdorum absurdum absurdissimum habetur,

Quod fus naturæ Nullus, & nullus habent.

159. Ad Carolum, Regem laudatiss.

Post annos bis sex postquam non pauca
vulisti,

Anglorum in solium Te tria Regna locat.

Annis ter quatuor perit tot lerna malorū,

Quo stibi quadruplicet prosperitate Deus.

160. De Conrado Neonympho.

Ad amicum suum Tobiam Rombergium.

Quare Conradus non invitavit Erasmus?

Pertinuit vetulæ verbera dura socrus.

161. Putoris prima.

Putere est longum, nam stercore porrigit agris

Plurima. sed malim naribus esse breve.

162. In

162. In Qvintum militum.

Pane simul, potuſq; carens, ut eusq; Ta-
bacco,

Exceptis fumis, esq; bibisq; nibit.

163. In Naufium.

R edditus es Naufi, divinā Lege Magister,
Imposita est aſino fulvia corona tuo.

164. Ad Georgium Langelottum,
Pharmacopœum aulicum.

Civem suum.

U t sis acceptus Regi q; gregi q; Georgi,
Virtutis premium, novimus, esse tuę.

165. Meclenburga de ſe.

P oſtquam completerat totius circulus anni,
Ducitur à tergo ferre a virga meo.

LIBRI PRIMI
FINIS.

GEORGI



AD vos Mortales clamant, Resi-
piscite, Bellum,
Tempestas, Funus, tristia flagra DEI

Hermannus Schudmann/
Doct.

EXiguis numeris res multas tra-
dit ERASMUS,
Funera si spectes, diraq; Pro-
digia.

STEPHANUS HANE.

IN PROCELLAS ERASMI
LAGIANAS.

SÆvit terribilis procella Venti
Et sternit subito furore quercus,
Nec parcit gravidis Notus carinis.
Hinc Tartessiacis, & hinc Batavis
Rumor e sinibus pericla Narrat




Secure

Securo ad scopulos subinde nauta,
 Illi præcipites in alta funus
 Florantis reticent foventq;. Secli,
 Hi tutos mediis Lares in undis
 Et firmam mediis domum procellis
 Credentes tacito sinu quiescunt.
 Sic pultat Dominus fores procellis
 Et claudunt Domino fores procellæ.
 Donec Ordrufus Lagis Erasmus
 Excitus tonitru suæ recessus
 Implet carminibus lyraq; vallis.
 Hujus, si capient Sos! tabernæ,
 Mox vincet sonitus novas procellas
 Ut versus inoveant gravem veternum
 Quem non excutiunt DEI procellæ,

JOSUA ARNDIUS,

1663. d. 29. Jan.



CEOR-



GEORGII NICOLAI
ERASMI, OHRDRUFI-
ENSIS,

LAGÆ PRESBYTERI,
TRISTIUM,

Hoc est
EPIGRAMMATUM,

Quibus
Procellarum præcipue con-
tinetur

HISTORIA,

Ad Magnificum, & maximè strenuum
VIRUM,

JOHANNEM FRIDERICUM

von Lübsten/
Wardoviæ, & Dælizii Dominum, &c
Parochialem, & Eautorum suum
magnum.

LIBER SECUNDUS.

C2

I. De

1. De in auditis penè, Mensi Novem-
bri,& Decemb. anni 1660. procellis.

Ad Lectorem.

Multa, freqvensq; notat mundi ulti-
ma fata procella,

Qvodq;, docent digito, sit nota, nemo
putat. (n.e.)

Hinc ea molitiae, hinc fraudes, inde rapi-
Turba Deum vitâ per negat esse suâ.

2.

De iisdem.

Ultima cāpana est toties infesta procella
Ædibus, arboribus, turribus, atq; mari.

3. Ad Magnificum, & Nobilissimum
Joh. Frid. von Echsten Dicasterii
Gastroviensis p. t. Directore,

Wardoviæ Dominum.

Cum tua fœdavit lēlaps, & prædia bel-
lum,

Hæc animo, verum est, Te subiisse gravi.
Felix, quem tumidum nunquam potuere

secundæ. (vir es.)

Nec timidum adversæ res dare, Jane,

4. Ad

4. Ad Rostochieuses

*Immani vestram quatiens bis turbine
turrim*

ultio, Rostochium jam respisce, vocat-

5. De Rostochii seculorum quin-
quennio.

Ad Jo. Petracum, ejusdem urbis
Consulem primarium.

*Seculorum quævis longo Republica lustro
vertitur, historiæ ut dictitat ordo rei.
Rostochium implevit longævum hoc ordi-
ne lustrum,*

*Nè pervertatur criminali lustrum aquis.
Hoc fraudent rauçareboantes voce procellæ.*

Affligunt turres murmure quando truci,

6. De procella 3. & 4. Ian. 1661.
tertium tumultuante.

*Tertia campana est audita. in templo
venite,*

Cumq; bono pacis fædus initæ Deo.

Non opus est vobis ipsi; vobis opus ipso est.

Ultima perniciose. nî veniat, erit.

7. De procellarum, eodem Jan. Mense,
incredibili impetu.

Ad supremum Judicem.

Conditor alme, citas bis, ter, quater,
amplius, atq.

Parvi sit hæc citatio tam seria: [rent,
Ni veniant homines, & læsum numen ado-
Brevi saprema fiet executio.

8. Ad Deum ter opt.

Ira tua est vehemens, bonitas vehemen-
tior, illa.

Perdere læsa, sed hæc parceret læta solet.

9. Exitium marinum.

Anchora nulla ratem tenet amplius, oc-
cidit ehen.

Navita, mercator, merx nova, vita, salus.
Orphanus ab patre deplorat, fæmina luget,

Heu pullata, tuam, care marite, necem.
Summe Deus, terrâ qvoniā jactamur,

& undis,

Turbine seposito, ad Regna qvietā voca-

10. Omnia

10. Omnia intuta.

Ad Josuam Arndtum Theol.

Villa habitatores confundit, cauta bidentes.

Opprimit, inq^s natans devorat omne salum. (exstat,

Terra infida, mare est infidius. heu nihil
Quam cœlum, tutâ qvò licet ire viâ.

11. Procellarum exqvistissimarum
congeries.

Innumeræ nota sunt non mentitura pro-
cellæ.

Innumeræ, exspectat nos qvod ubiq^s, mali.

12. De ventorum vehementia,

Est tuba turbo, vocans: respicat turba
proterva,

Quam Deus exturbans, nî respicat,
erit.

13. Ad Tobiam Rombergium,
Reip. Rostoch. Secret.

Olim Nauta æquo quaestvit in æquore-
violum,

Ferventi merces nunc litat ille freto.

C 4

14. Ad

14. Ad Nie Heidemannum, Theol.

Turbo, procellosq; qvoniā petit omnia
richtū,

Stare aliquid, celsi dextera sola Dei est.

15.

Aēr.

Crimina terribili deploras nostraboatu
Aēr, ab insausto turbine tate, fremēs
Ore sine ah loqueris, dextrā sine percūis,
hæc ad fluet.

Verbera qvem sceleris non pudet, ille

16. Ad Deum ter max.

Qui paridè trutinat, qvot ab imis tur-
bine turbes,

Sibonus est, luctum parturientis habet.

17. Procellarum causæ.

Quid dedit has toties immenso turbine
turbas? (Dei.

Heu, vehemens hominis crimen, & ira.

18. Ad Jo. Frider. von Ichsten /
Wardov. Dominum,

Directoris opus pūclo benē perfici omni;

Casūs namq; malos dirigis, atq; bonos.

Illos, nè noceant: hos, nè volvantur ineptè.

Ut casūs, vitam, dirigis ipse tuam.

19. Pro-

19. Prodigium.

Vis docuit dum sustulit hinc, ac inde
bidentes,

Magistatore Gogo, nos fore, sicut oves,

20. Ad turbinem.

Dextera nulla tibi est, sunt cornua nulla,
potenter

vim tamen exerces impetuose tuam,

21. Procella.

Aedes dum multas, caulas non transsero
paucas, (bidens.)

Qyð fit homo, doceo, qyð peritura

22. Deus.

Quam facilis tumidos rem qyamvis
posit in hostes (docet.)

Vertere, turbo freqvens per nocturna
In avaros.

23. Ingenteis qyatiendo rates, mare dives
opum fit,

Nec fruitur typus est, Euclio avare tuus

24. Ad Deum ter max.

Ne, Deus, ex animo vegetans calor exeat
omnis,

Dic, taceat. motus crimine, turbo, meo.

C S

25. Ad

25. Ad Jo. Frid. von Eehsten,
Wardov. Dn.

Verbera plaga parat, verum plaga re-
tia tendit,

Sit plaga longa tibi, sit mihi plaga brevis.

Venator noscere bonus quandoq; ferarum,

Verarum noscar nec minus, esse precum.

26. Ad Deum ter opt.

Mitte truces Pontu yentos, Deus optime
ad Helles, (ferat,

Quodq; malum patitur plebstua, Turca.

27. De naufragiis,

Qui rate nuper erat vectus, Senecæ in-
star Iberi,

Sponte sibi mortis legerat ipse genus.

28. Ad amicum suum Dan. Georg.
Morhofium, D. & Prof. Rost.

Est spumante bonum victum sibi quære-
re ponto

Hocq; bonum fecit seva procella malum.

29. Ad Deum ter max.

Nè Satan, & mundus perdat, carnisq;
voluptas,

Castigas virgæ nos, Deus alme, gravi.

30. In

30. In quendam.

Sicubi Meccenas æqualis quisq; tibi sit,
Hujus ego nolim temporis esse Maro.

31. Ad Salvatorem.

Eheu, feralis confunderet omnia lēlaps.
Nī manus hunc, Jesu, confunderet, al-
me, tua.

32. De Vanda.

Vanda, mari quod dulce moris sit navita
jactat.

Quod venit insipido, quomodo dulce,
fretum?

33. Christian. Fridericum Hanent
Baseloviæ Dominum.

Sit res magna, salo spacio qværere vi-
dum,

In tenui, est major qværere posse solo.

34. Ad Dan. Georg. Morhofium, J.D.
& Poëtam elegantiss.

Omine non redo, penetranti turbine,
turris

Rostochii qvassa est, VVismariæq; ruit,

35. Ad

35. Ad Justum Bruining. Cancellariam
Megapolitanum.

Vix sera bella cadunt, jaceant precor,
excipit illa
Eheu, quam longo turbo furore fremens.
Utrispiſcamus, docuit, docet, atq[ue] docebit,
Cen digito monstrans indice, utrumq[ue]
malum.

36. Finnonix, 1658. Mense Jan.
occupatio.

Inſula, more novo, Finonia ſubditur hosti,
Nam glaciale ſalum fit tibi, Svece,
ſolum.

37. De naufragijs.
Ad Dan. Janum, Superint.

Turbo freqvens nautas prorā, puppijs
trementeis
Ejicit, & rapidi per maris ima vehit.
Omiferos illos, miseros nos insimul eheu
Qvod pereant, vietus deſtituamur ope.

38. De anni 1661. ingressu.
Ad Blasium, Grabium, Scholæ, Rost,
Senat. Rect.

Fulgor

Fulgur cum tonitru vehemenii, turbine
mixto,

Anni principium sunt comitata novis
Talia quid signent, novit Deus unicus, ipse

Suspicor exitium significare soli.

Nè simul intereat, quicquid sumus, uile,
fletu

Numen ut iratum conveniamus, erit.

39. De templo Lagensi.

Quod stat adhuc tecum Lagenjis debile
templi,

Et tegula officio quælibet apta suo est,
Mirum, & non mirum est, iniuncto tur-
bine dante;

Insultusq[ue] bono præpediente Deo,

40. Ad opt. Deum.

Nostra suâ per te yeteri stant omnia
sede,

Nec quicquam lælaps impetuosus habet.

Quilibet hæc nostræ si diceret incola terræ,

Lucius & ipse suum posset habere mo-
dam.

41. Ad

41. Ad D. Justum Bruining, Canc.
Megapol.

Qualis tempestas est morum, turbida
sanè,

Hactenus immitis aëris esse solet.

42. Hyems anni 1661.

Impetuosa licet, tamen hæc quia lenis hy-
ems est,

Forsan in æstatis tempore fiet hyems.

43. Periculum marinum.

Ad Christian. Woldenbergium J. D.
& Prof.

Qui nescit orare, Deo maledicere novit,
Conscendat navem, turbidaq; ar-
va. Iecet. (ante,
Tunc, puto, dediscer diras, quas noverat
Et, quas non norat, discet amare preces.

44. De turribus.

Ad Henricum Rahn. J.D. & Prof.
Rostoch. amicum suum.

Rostochii, & quod Vismariæ luit edita
turris,

Qminis infâsti non leye nomen habet.

45. Ad

45.. Ad Jo. Frid. von Lehsten
Vardoviæ Dominum.

Aut pluit, aut ningit, nive se solvente
per horas, (mit.

Terra aut, turbinibus percita, tota tre-
Qualis hyems, quam rāniūm habet incon-
stantia constans,

Talis homo, constans in levitate suâ, est.

46.. Ad Germanos suos.

Hellestiaca solvetur Bestia terræ,
Et, Germane, tuos, impiè, perdet
agros.

Hanc tua consilia haut pellent, qvia va-
na, require:

Divinam, ut rabida vellerâ vellat, opem.

47.. Tempestas. Homo.

Ad Andr. Dan. Habichthorstium, P.L.

Tempore tempestas male temperat o-
mnia: nostro.

Temporibus mores pessimus aptat homo.

48.. Ad Germanos.

Te, Germane; David docuit peccare,
Mērassēq;

Irriget & lachrymis pedus uterq; tuum.

49. Ob-

49. Obm̄tesce,

*Salvator verbum, tempestas quo tacer
omnis,*

Ad mea si repetat crimina, salvus ero.

50. Ad D. Janum, Superint,
Gustrovien.

*Omnis ventorum, veniat quo nomine
tandem.*

Impetus in Mensem lapsus, Jane, tuum es.

51. Ruinæ.

*Undiq; teclacadunt, rudibus vexata pro-
cellis: [Dei.*

Qvōd mea subsistant, nomen honoro

52. Ad Deum ter cpt.

*Per tempestates, qvarum sunt crimina
causæ,*

Dic eris à nobis summe abiisse Deus.

Rēcte abiisse in nos meritā cognosceris irā;

Ad nos, immeritā pro bonitate, redi.

53. Preces.

Ad Jo. Franc. Clusingium, Theol.

*Turbinis affectus inimico vulnere nè dent
Effectūs, præstent supplice vota preces*

Non

Non quæris, possunt etiam quædam esse
malorum;

Verum, quæ, & Christi sangvine tincta, rubent.
54. Ad Henr. Rahn. J.D. & Fac. Sen.

Navita de ventis, tumidâ, narrare,
procellâ,

Desuit, & rapidi quæsuit ima freti.

55. Ad Deum ter max.

Es, quod, castiges, qui sunt in amore
probati,

Savarapina docens, atq; procella nocens.

56. Pœnitentia.

Turbo vacavit: majores, hominesq;
minores

Vertimini ad dextram, nulla finistra
juvat.

57. Dies extremus.

Punctum supremi supremum instare diei;
Persquam, ventus quos laceravit,
habent.

58. Ad amicū suum Tobiam Romberg.

Numinis irati pro criminе pœna tabac-
cum est, [nisi]

Quâ sumo humanum pascit, alitq; ge-

59. Ad

59. Ad Deum tec max.

Vox materibus ventorum clamor ha-
betur,

Mutari vitam, quā, Deus alme, jubes.

60. Templi Lagensis suspirium.

Me, Dux celse, juva, Patroni nomen,
& omen,

Sic agnosceris, semper habere mei.

61. In Dolamnum Causidicum,

Es creperus, streperus, clamosus, & osus,
es inquam. (tuum.

Fertur ad ingenium turbo, Dolamne,

62. Maritus, Uxor.

Vir caput est generis, corpus muliercu-
la, nostri.

Sapè dolet corpus, débile sapè caput.

63. A la mode.

Pestis es, & quicquid miserum magis in-
ficit orbem.

O mode abi, nullo suscipiente modo.

64. Ad amicum quendam.

Quae te vexavit, penè interimendo, ma-
lignum

Vexa scorbuti, ritè valendo, luem:

65. In

65. In Acarpuni.

Magnus, Acarpe, vir es, Librorum magnus es autor,

Obscuros inter primus, Acarpe, viros.

Esopus per bruta homines docuisse probatur,

Perq; homines persa tu vice bruta doces.

66. In Patrem Lampridium.

Ut Patris obtineas non ficto nomine,
nomen,

ulnis includis scorta benigna tuis.

67. Securitas.

Crimina sexcentæ tangut crudelia pœnae,

At nos lehargus, funere pejor, habet.

68. Venti.

Si venti scopæ, ceu mos est dicere, mundi,

Verrant stercoreum mictius, opto, solum.

69. Votum inane.

Ad Joach. Melanocephalum, Theol.

Quæ turbo oppressit, dives, millesima pars.

Effet de centum milibus una, forem.

70. Ad.

70. Ad Lagenses suos.

Bella procella, lues sonitu, resipiscite,
magnō

Clamant, obtrusis auribus estis adhuc,
Surditatem cui non haec auriscalpia demūt,
Hunc desperatis auribus esse, patet.

71. In Dolamnum,

Diceris esse nimis sapiens, prudensq;
Dolamne:

Omne nimis virtutum vertitur in nimium.

72. In Philodorum judicem.

Aurivoro per te vita est rediviva si
samini,

Jus dabit in corio filius ergo tao,

73. In P. Lampridium.

Non Elisa tibi Doctor, verum Elisabe-
tha est;

Cujus, praefidei lumine, Numen amas.

74. Ad Henr. Rahn, Juris D.

Est unum, non jura duo, jus omnibus
æquum.

Jura duo, ut gladii, sunt metuenda,
duo.

75. Ad

75. Ad Felicem Fidlerum Theol.

Turbo à turbando venit, apto nomine,
rebus,

Tatum etenim intutum sèpè cubile facit.

76. Ad Ejusdem sponsam.

Felix caratuo nè Devteronymphalibello
Excidat, ut felix sit Neonymphus, age.

77. Ventus.

Stertenteis somno terras ingente boatu
Excitat, & lælaps evigilare jubet.

78. Mare.

Multa voravisti, sed adhuc satiabile
non es.

Equivoris ingenium dives avarus habet.

79. In Piscarium.

Piscator non est idus, sed vult tamen ici,
Famæ inhians minime fontis & igne
fremens.

80. Præsagium.

Plurimus agricultoræ labor exercetur in-
anis,

Nam loliū, & steriliū promet aristā nihil.

81. Suspi.

81. Suspirium.

Parce Deus misericordia, numero pereuntibus
omni,
De defint homines parcere quando vo-
les.

82. Scipio aurundineus.

Adamicum suum Dan. Georg. Morho-
fium, J. D. & Poetam teriss.

Quam sit nostra tenax fidei Germania
Patrum,
Monstrat, cum dextram fulcit arundo
manum.

83. In quendam Iurconem.

Christosserum, non Christophorum Te-
dicier, æquum est,
Nam serus es Christo venter, & inglu-
ries.

84. Procella in nocte Conversionis
Paulinæ. 1660.

Nunc etiam ex Austro non felix i turbine
lælaps
Venit, & à Zephyris teda relicta ruit,

85. In

85. In Gaurum.

Nōde vorat totā, repeat jēt acula manē.
Divisam īgluriem cūm sue Gaurus
habet.

86. Veritas.

Quod caput & cupidas concendere de-
buit aures,
Sub pede cur verum squalidiore jacet?

87. In Matrinum.

Virtutem qværens in te, non invenit.
omni es
Improbis vitâ, seclerumq; plenus.

88. In Piscarium.

Piscator nunc est idus vñh verbere sævo,
Jugiter immanis desipit enro tanè.

89. Ad Salvatorem.

Buccina turbo Dei nos ad te, Christie,
redire,
Rugiit, o terris auribus esset homo!

90. Halcyonia.

Transigit in fundo noctes alcædinis imo
Nauta, petus nomē jam mōdō tempus
habet.

91. Venti.

91. Venti.

Improbis ut servit, socio mutrone, ma-
niplus,
Sic venti circum turbida tecta volant.

92. Ad Nautam.

Opænis obiecte Dei, quem subruit æqvor,
Et conjurati demergunt, Navita, veni.

93. Ad Jo. Franciscum Clauſingium
Theol. Gustrov.

Turbo & tempeſtas Domini ſunt ſemi-
ta noſtri,
Semita, quā per nos ambulat ille fre-
qvens.

94. Ad Servatorem.

Nunc iterūm ſocio conſpirant omnia
ſlatu,

Euge jube verbo, Christe, tacere tuo.

95. Naufragia.

Unā Eurimqz, Notwqz ruunt, & jacta
procellis

Navigia immergunt corpos, Ponte,
tuo.

96. Secul.

96. Securitas.

Ad Blasium Grabium, amicum.

Non homines magni, non parvi vulnera curant

Improba, nec savis est medicina malis.

97. Ad Dan. Georg. Morhof. J.D.
& Prof. Rostoch.

In domibus tremuli, titubante ut linte,
movemur,

Hoc streperâ nolim tempore nave vehi.

98. Ad Eundem.

Treis & viginti quamvis modò videris
annos,

Es tamen annosâ vir gravitate senex.

99. Sors piorum.

Qvam maneant his fata pios felicia
terrâ,

Affiduo lélaps turbine, ut ore, refert.

100. Ad Christian. Chemnitium, D.
Th. & Superint. Jenens. amicum vet.

Est tuba turbo, sonans. jam jam cum
millibus afflat

Innumeris Christus, judiciumq; dabit.

D

IOI. Vigil-

72 TRISTIUM.

101.

Vigilate.

O

b turbas, quæs turbo modis dat mille
sonorus,

Non dormire homines, sed vigilare
debet.

102.

In Dolamnum.

F

ætide cum terso cur certas hirce Poëtâl
Ut sis illius pars onerosa Libri.

103.

Ad Salvatorem.

N

avigijs iterum nostris dormire videris,
Hoc nimia observant asperitate Noti.

104.

Suspirium.

P

arce Deus, pereo; differ, scelus auffe-
ro, pœnas;

[opem,

Perfero, quæ meritus fert rigor, affer

105.

Illusio diabolica.

E

t pater, & nati docuere, Licanthropos
an sit

Fabula, nam + fieri, Dæmonis arte, potest

+ Non mutatione naturæ, hoc

enim Diabolo plane est impossibile, sed oculorum, & persua-

sionis deceptione.

106. Qvinta

106. Qvinta Conversionis Pauli
matutina.

Jam sonuit qvinta hora, feris, pie Christe,
medere,

Objice, nè noceant, vulnera qving, Notis.

107. Ad Steph. Hanen, Theol.

In foribus Christi adventum consistere,
si non

Ex aliis, trebris nescitur, Hane, Notis.

108. Nox. Conver. Paulinæ.

Nox iterum tumidis traducta est hor-
rida ventis,

Auspice, nil nocuit nox violentia, Deo.

Talia nobiscum Nautæ si dicere possent,

Non fluenter medio jam, sine nave, fredo.

109. Clara dies Pauli.

Ad Hardevigum Hanium, Theol.
amicum futum.

Si veterum conjecturæ qvid posse notan-
tur, novus.

Crede mihi, annus erit non sine cæde

Si conjecturæ sunt qvovis tempore, qvod
sunt,

Hic idem vacuus sanguinis annus erit.

D 2

no. De

110. De procellis nocturnis.

Omnia quum tacitu dant plena silentia
labris,

In genteus motus posse cire, Dei est.

111. De nocte Purificationis.

Integra distorto mibi non traducta sopor
est.

Turbasti regnem, turbide turbo, meam.

112. Ad Jo. Frid. von Lehsten/
Vardoviam Dominum.

Dicimus in tacita regnare silentia nocte,
Quia modo per varios non tacueris
Notos

113. In Quintum militem.

Aubreriora tempus, potando sepe tabacco,
Attenuas cerebrum nec minus ipse
tuum.

114. Ad Gallum.

Cum tuus ad multum præcessor sphalma
taceret,

Eius erat multis carnis olla gravis.

Cilla tibi levior cur sit, si, Galle, requiris,
Dico tribus verbis: crimina nulla taces.

115. Ad

LIBER SECUNDUS. 75

115. Ad Casp. Marchium, D. Medicum
& Mathem. insignem.

Eichstadium seqveris, veteres recolendo
Calendas² (virum.

Crugericus &, celebri nomine, amice,
Illi etenim Reges non implicuere Calendis,
Tempore temperiem sed posuere suo.

116. In Pseudo Mecenate,

Haud quaque obscurè Metænas dicitur
es Aulo,

Nam, commune boni nil, facis esse tuus.

117. De Aulo:

Vapular aquoris, non est tamen aulus
avarus,

Sed quantus quantus totus avaritus est.

118. De Philopompo:

Non famulari, sed dominari seit Philo-
pompus: (lus,

Sed Philopompus erit de Domino famu-

119. Ad Jo. Pétraum, Conf. Rostoch.

& Senatus Antecessorem.

Fulguris hyberni, & toniru qui percitus
æstro

Non stupet, affectum stipiti ille refert.

D 3 120. De

120. De Salvatore.

Passio præcessit, surrectio læta secuta est.
Præcedunt faustos tempora maestis dies.

121. Senex pœnitens.

Que deledarunt olim, jam criminamor-
dent.

Hoc, puer, exemplo diste, caveq; meo.

122. Ad opt. Deum.

Parce, infer pœnas, vindictam differ in-
evum.

Ni referam grates, qras nequeo aeger,
agam.

123. Ad Dn. Gustavum Adolphum,
Religiosissimum Principem.

Dux, columen patriæ, Stygi⁹ perverte
Draconis

Servas, nil poterit gratius esse Deo.

Has, scelerum species multorum est, ferre
benigne,

Virtutum virtus, pledere mille modis.

124. Homo homini. Ad Eundem.

Est bonitas, homini qroniam es Deo,
intima; sagis,

Optima, filupus es, pars pietatis eris.

125. Pro-

125. Procella.

Turbo iterum validis nobis obmurmuras
Austris.

Hunc, Deus, immitti frendere dente, reta.

126. Ad ter max. Deum.

Aëre, & igne, & aquâ, & terrâ nos
corripis, & quæ

Debent esse bono, sunt Elementa malo.

127. Ad clementissimum Deum.

Bella imbellia, famesq; tuum docuere
furorem,

Bella tamen subitè & præteriere fames.

Castigas modicâ delicta atrocia pœnâ;

Et nescis aliter pledere, nam Pater es.

128. Procellæ.

Ad Eliam Plaggenmarium Theol.
ectos, ut cunas, tremulâ vertigine mo-
tant.

Eheu, quæm mater sunt violenta Notis

129. Pœnitentia.

Pœnitet heu scelerum fædantum in cor-
pore mentem

Amen per corpus mens fuit, idq; pudet.

130. Ven-

130. Ventorum freqventia.

Vilescūt mira cta, usū repetita freqventi,
Idem est in sani turbinis ille modus.

131. Ad amicum qvendam,

Tempora diminuā, Jugens, efflans q̄ ta-
baccum. { habet.

Attamen inde minor tempora somnus.

132. Procellarum insignium collatio.

Ad Steph. Han, Theol. Gustrov.

Rusticus ante decem cūm baccaretur,
& annos.

Tres, venti tumidū multa ruere Notis.

Ad sexagenum sunt hæc puerilia primum,

Turbo nocens pavido quo fuit orbe fre-
qvens.

133. De continente submersa.

Hic, ubi plostellūtauros vexavit arator,
Acer & in bello pabula legit equus,

Nayita ventorum vi remigat, Omnia
lēlaps.

Irato, potuit talia signa, Deo.

134. De Musculo. (idem.)

Parvus, & est magnus vir Musculū unius &
Parvulus est alius, maximus ipse sibi.

135. Peri-

135. Pericula marina.

Ad Tob. Romberg. Reip. Rost. Secret.

Nauita maris saevo jactus prestere, salutis,
Iam non de ventis, de nece narrat,
inops.

136. Ventorum violentia.

Leō dum minime fundor, tundorq;
qvieto,

Commovet heu cūnas dura noverca meas.

137. De fulmine Rostochiensi.

Cūm Petri arderet turris, cūm tota lue-
bat. (bi est.

Meclenburga, domus, urbs, minit atati-
tan. 1636. vigil. Epiph.

138. Procella 6. Febr. 1661.

Ad Jo. Qvistorpium, D. Theol.

Austros dat Zephyrus, Zephyros Aqilo-
ne feroci.

Excipit, atq; Euris miset azara Notos.
Hec sunt, queis multis suprema sit undio
nauis,

Officium tremulo persuidente mari.

D 5

139. Hyems.

139.

Hyems;

Mollis hyems æstas, Zephyrus licet undiq;
plena, est.

Aestas dura tuum nomen habebit hyems.

140.

Ad Lectorem.

Talia commoti brumâ prædiximus, &
nunc

Aestu æstas mûlis exiriosa fuit.

141. De 6. Febr. turbinibus.

Ventorum qvia tanta fuit collisio, mi-
rum est. (qveat.

Quod regula, aut tectis culmus inesse

142. Trimestre procellarum.

Ad D. Jo. Reinboth, Duc. Slesvicen.
Episcopum.

Historia antiqua, & nova tot negator-
dine ventos. [suum.

Ultima habent proprium tempora tale

143. Venti & incendia.

Ad amicum suum Tobiam Romb.

Ventos, & fumos hoc vendunt tempore,
quare,

Ventos, & fumos dat Deus inumeros.

144. Ad

144. Ad procellam. [secl.

Savisti quadrante anni plus tempore.

Tandem supremum dicio turbo vale.

145. De præsentaneis periculis.

Ad Joach. Schröderum, Theol.

Heu nutat paries, crepitant summa
ima, solutis

Vestibus interitus urbium, & Orbis adest.

146. In Piscarium.

Fedè putenteis condivit Asellus asellos.

ullius at veri nullus in his sapor est.

147. Ad Jo. Bremerum, Conc. Regium,
amicum vet.

Ni Deus ad fvetos premeret diluvia fates,
Pristina jam velle mota redire Notis.

148. Admonitio.

Präterière Dei Vatum presagia nostri.

Adveniet Iudex, jam resipisce, tuus.

149. De feriis pœnit. & jejunii

IV. temp. circa exitum anni

1661 haberi cœptis.

Mæstus ob Assyrios Judæ Rex, Numine
fjsus, (precans.)

Illashrymans flammam subruit, atq;

Et

*Et Meclenburgæ Dux, Numine fisis eodem,
Impiger ad lachrymas convolat, atq;
preces.* [nia dextra,

*Sunt, precibus fundit, lachrymæ, & jeju-
Quæ, licet invictus, vincitur ipse Deus.*

150. De templorum Sundensium 15.

Apr. 1662 insperato planè incendio.

Unâ nocte carer Sacris stralsunda du-
obus,

Et Jacobæ tuis, & , Nicolæ, tuis.

Terra fuit sterilis, ferves aquæ, turbidus aëris;

Juppiter è summo nunc pluit igne polo.

151. Ad duos naufragos.

Denatum quodcumq; bonum, piget,
aqvore vestrum,

At noviter natos vestamen esse, placet.

152. Ad amicum suum Hier. Weizium.

Tempus temperiem præsens male tem-
perat omnem, [mo est.

Qualianum exstant tempora, talis ho-

153. De Anni 1662. hyeme.

Aestivalis hyems hoc anno est. forstæbas
Brumalu, prece nî præveniamus, erit.

154. De

154. De 18. & 19. Febr. ejusdem anni
procellâ.

Aolus, immixti pernox bacchatus ab Au-
stro,

Edocuit mores, bellica turba, tuos.

155. De Stabulo Sibbezini per eandem
procellam mediâ nocte, diruto;

Ad Dn. Joach. Henr. Vereggium.

Postquam vix prædæ, vix Martia bella:
sedebant,

Rosviziæ pavidas canta peremis oves.

Postquam consuetum vix transit annus in
orbem;

Sibzini oppresit penè bovine pecus.

Attamen hæc animo non fers fremebandus
iniquo,

Inde Deus posthac jagiter æqvis erit.

156. Ad miserari incendio
Patriam.

Quartuor intra annos tibi noxia flammæ
secundò est;

Uig. domus sicut parva favilla, facit.
Herrea profusa multum turgentia nesse,
Imos ad fundos horridus ignis edit.

Nil

*Nil prodesse tibi possum, verum anxius
opto,*

Perfectus flammæ nè veniat numerus.

157. *De arce Gothana, turbine
turbata.* *(quando*

Friedenstein fuit paci non consona.

Eius recta dedit, Gotha, procella tibi.

158. *De globis igneis, & incendiis
multifariis.*

*C*rebrias ignitis terras Deus ictibus urit,
Indicia adventus, quos dacet, esse suos.

159. *Ad Ohrdrufium patriam.*

*A*mplius Ohrdrufium cum nil, mea
patria possim.

Opto, sit finis flamma secunda mali.

160. *In Aquilones, Mensa Majo,*

1662. frigidissimos.

*T*um magis accepta venissent tempore
venti,

Si modò flarissent tempore bruma tuo.

*Sed, quod Hyperboreo nos urunt frigore,
res est,*

Pectore non calidò trux quia vivit homo.

161. De

161. De iisdem.

Ad Lectorem.

Nè doceant venti, panis solamine multos
Destitui, metuis ?præveniunto pre-
ces.

162. De templorum Sundensium
incendio. [orbem.]

Quindecies anni Phœbus se volvit in-
Cùm spoliata sacrâ Diva Maria Domo.
Nè desit flammæ reliqvis injuria templis.

Hæc Deus infenso cælitùs igne cremat.

163. Ad Philippum Henr. Friedlie-
bium, D. Theol. & urbis Superintend.

Organa, suggestus, altaria flammare-
liquit;

Ira Dei tacita vim bonitatis habet.

164. Ad Ohrdrufenses Tyrigetas.

Conditor abstraxit rapidum bona vestram
per ignem,

Sed referet lato, quæ periére, lucro.

Sic tenero panem Nato pater abstrahit,
illum.

ut possit reditu latificare cibæ.

165. De-

165. De equis suis per noctem 4. Apr.

1662. è stabulo subductis.

Tres furantur equos prædones ungues
rapaci, (la nocet.

Quies, modò crux servet jus, aqua nul-
166. De Procella

Dom. 15. P. T. anno 1662. vehemen-
tissima.

Clamoso Zephyri quid poscunt gutture?
primùm,

Quærere Regna Dei, justitiamq; jubent-
167. Ad procellam.

Turbo Stentoreis quid me clamoribus
imples,

Cum doceo populum quærere Regna Dei,
168. Ad Dan. Janum, Superint.

Nemo avium, & florum euras vult pel-
lere more,

Hoc zephyris, pleno turbinis ore, doles,
169. Ad Eundem.

Venti, quos rupis stimulat Deus atribus
in nos,

Clamant: turba solū desere, quare polum.

170. Ad

170. Ad Casp. Marchium D. Medicum²
& Mathematicum insigrem.

Supremos turbo mala n̄i pepulisset ab
Indos.

Profluvium, & pestis pernicioſa forent.
Inde manu palpare licet, viſuq; notare,
Et prodeſſe, Dei Numine, poſſe malum.

171. Ad Deum ter max.

Bella, procella, lues, defectus egenis
agelli,

Ira carnifices ſunt, Deus alme, tuꝝ.

162. Ad Salvatorem.

Euge veni Iesu, da, crimina ſæva re-
linqvat,

Linqvat ut extremo pœna ſuprema die!

173. Ad Eundem.

Dum, populo benedicendo, pie Christo
laboro,

Vitâ, coge, meâ n̄e maledicimus agam.

174. Ad Hardevigum Hanium, Theol.

De filiarum trifolio:

Eugenidas, non Eumenidas volo vivere
Natas,

Atq; volo Charites vivere non Erides.

175. Regu-

175. Regula rustica.

Ad totius misericordiae Patrem. 1662.

Pars scatet aëstatis gelidus supra
ma pru-
inis,

Angelicum hebdomadas quatuor ante
diem.

Quod, si post Festum repetant spacia æqua
Philippi,

Frugibus interitq; qvem Pater aufer, erit.

176. De conventu Septenvirorum
cœlestium 1. Dec. 1662.

Ecepisse Duces, qvos novimus, esse Pla-
netas.

Dicitur in cœlis una, eademq; Dominus.
Conventus non eventus hic forte minatur
svaves, sed melior vita sit ergo, graves.

177. Ad Lectorem.

Divina signis monitus qui sapientia iræ
Non stupet, iratum sentiet ille Deum.

LIBER SECUNDI
FINIS.



DE AUTORE.

Utitur alato calamo ingenio-
sus Erasmus
Cur? jubet in celeres, ver-
bula abire pedes.
facieb.

DAN. JANUS, Superint.

AUTORIS STRENA.

Epigramma.

I.

Grammaticis, quasi sit sine thre-
no Strena putatur
Dicta, sed heu! threnos dat
tua strena meros:
Grammatici dicunt, sed tu contraria
scribis.
Grammaticam fallunt tristia vestra
Fidem.

Et

Et lātus lāto & ridens ridentibus adsit
 Alterius lacrymis illacrymare decet.
 Sic & ego Heraclitus ero, cūm tristia
 scribis.

Carmina cūm scribis ludicra Demo-
 critus.

Opt. animo fac.
 DAN. GEORG. MORHOF. D.
 & Prof.

Ad Autorem.

Trifitia sūt lātis nullō non tem-
 pore mista:
 Tristari in mundo mens-
 pia semper avet.

Vir pietate potens, dum tristia syrmata
 densas,

Evax! nonne piis gaudia multa creas?

Bono Faciebat animo

M. Daniel Parschitius,
 Pannionius.

GEORG.



GEORGII NICOLAI
ERASMI, OHRDRUFI-
ENSIS,

LAGÆ PRESBTERI,
TRISTIUM,

Hoc est

EPIGRAMMATUM,

Quibus

Exeqvarum præcipue con-
tinetur

HISTORIA,

Ad Eximum, & Nobilissimum
VIRUM,

OTTONEM FRIDERICUM
von Moltken/

Nicoriae Dominum,

FATOREM PRÆCIPUUM.

LIBER TERTIUS.

I. Omne

1. Omne Trinum.

Ad Lectorem (ſta)

Curtibi tristia, Lector, treis offero mœ-
Edam ut perfectos, sed numerando, Li-
bros.

2. Ad OttoneM Frid. Moltkenium,
Nicoriæ Dominum.

Trifitia pœ latetis qvare tibi dedico? tēpus
Abſtulit ex omni pectore latitias.
At, pœ defecū, qvæ nescio penè ducare,
Effectu eveniant omnia lata precor.

3. Ad Uxorem.

Mortua vita tua est potius, qvam viva
vocanda.

Ad qvatuor morevis tēpora penè qvater.

4. Ad Dan. Janum, Superint.

Cur habeo alatam, scribendo Trifitia,
pennam?
An, qyoniam in versus verbula cogo
leves?

Est breve namq; leve, at graye cogitur esse
qvibusdam,

Illu dum nayos exprobro, fortè meos.

5. Ad

5. Ad matrem septuagenariam.

Stū ad radices, descēsū langvida, mōtis.

scādes, descēsū cura ubi nulla, locum.

6. Epitaphium Fauni Erfurtensis.

Hic jaceo Faunus, tumulo jacet Aula
propinquo,

Quæ Soror, & Coniux, & mea Nata
fuit.

7. Ad Henr. Rulmannum, Theol.

Qui vult, ut sua mors hodiè sit mortuæ
planè,

Funeris haud debet cras meminisse sui.

8. Ad Amicum quendam.

Sustulit & matrem, qui sustulit intime
Patrem,

Ante tibi puerο, nunc Deus ipse viro.

Fata triumphantis noli deflere parentis,

Jubila nō lachrymis cœlica digna putεs.

Ele potius vitæ durissima tempora nostra.

Hæc planctu, plausu mors pia digna pio.

9. Gaudium præposterum.

Ad Henr. Rulman. P. Polch.

Gallina varijs si quæ malitantur in usūs,

Mox successuræ psallere chorte solēt.

Greæ

Grex hominum, gramvis pereant tot milia, gaudens,

Nil superat stolidas, jam perimendus, aves.

10. Ad amicum quendam defunctum,

Terrestrem optavi nuper tibi, Jane, salutem,

Cœlestis voluit Te recreare Deus. (strat,

Quam petii, brevis est, sed tedia logia minima;

Quæ data, latitiam, tedia nulla parat.

Ergo, salus queniam superat, tibi praestita,
rotum,

Si ferar in luctu, invidiosus ero.

11. Ad Elis von der Lippen Henr.
Rahnii defunctam Conjugem.

Virtutes dum fæmineas plerasq; vel
omnes

Deploro, in loculo conqveror esse tuo.

12. De Matthæo Marci Theol. Gustr.

Credidit, ergo, sicut pro Numinе vera lo-

catus, (videt.

Lumine nunc, quæ iunc credidit, ergo

13. In Monumentum Nationis Thuringicæ Rostochi positum,

Thuringi,

Thuringi, & socii, pia qvos cōcordia jux.
Hic obitūs memores sunt, ut ubiqz, sui,
14. Ad Jo. Petræum, Cons. & Senatus
Rostoch. Antecess.

Petræe, in Petra tuto firmare salutis:
Hac si fundabis, non moriere, domum.

15. Ad Val. Schanerum Cons. Ohrdr.

Denati cur sunt quinto iibi funere Nati,
Et misero luctum progenuere Senis
ut, qronia præiere citis tibi cursibus omnes,
Nō tardus, cupidamete, seqvare pater,

16. De Petro Holtgapfeli / Copia-
rum Cæs. Imperatore.

Hostibus austerg; mali sylvestris ad instar,
Nomine mordaci, Dux generosus erat.
Novimus, hunc Aqvilam, prudens qvid
conferat Heros,

Obseqvii spacio perdocuisse brevi.

Nunc, insperato tormenti dum cadit idu,
Summat Avis heu funus, sed *Fera fœnus
habet

+Aqvila Germaniæ.

*Leo Sveciæ.

E 17. Epita-

17. Epitaphium ejusdem.

Sirpe satus quamvis humili, tamen op-

timus, inter

Heroas, nomen perget habere bonum

18. De Carolo laudatissimo Britan-

norum Rege.

Defensor fidei reus est sine crimine mortu,

Offensor nece grâ, vel cruce dignus erit?

19. In Matthæi Marci Theol. obitum.

Gusto roja est multum non parvi passa

doloris,

Maximus est, Marci quem parat occubitus.

20. Epitaphium cujusdam bellicosí

simul, & temerarii.

Nec Te laudaro, nec te culpavero, nagi es

Proditus Insani nomine, qualis eras,

21. Jo. Qvistorpii, b.m. D. Theol.

Epitaphium.

[multi,

Hic cubo consilii Qvistorpius anchora

Cui Deus auxilium jusit adesse suum.

Patria me Patrem, Schola Fratrem, Eccle-

sia servum,

Effectu, affectu, Religione dolet.

22. De

22. De Pancratio Amselio.

Pancratius si pancratite relevabitur ager,
Amselii merula Musa tenore canet.

23. De Carolo, Britannorum Rege.

Defensor fidei fidei succurrere curans,
Fraude Britannorum, perfidiāq; cadit.
Impietas gaudet, pietasq; fidesq; labora,
Cui denitum est, spretā Religionē, caput.

24. Ad Joachi. Frid. Vereggium,
opt. Parentis fil.

Ut vivas Christo, mūdo moriaris oportet:
Huic qui non moritur, perpetuū
moritur.

25. Mathæi Marci tumulus.

Hic iacet illa duplex divinæ, buccina
laudis, [habens]
Matthæi, & Marci nomen & omen

26. Hcmo Christianus.

Qui Iesu in terris cōservivisse probatur,
Cum Iesu in cælis imperitabit homo.

27. Ad Dan. Georg. Morhofium J. D.

De morbis summa juri gravitate lo-
quendo,
Morhofi, quām sit mens tibi sana, doces.

E. 2.

28. Ad

28. Adb. m. Nicol. H. in Basedovii
Dominum, virum laudatis.

Communis communis eras patriæ Pater.
ergo,

patria conjunctis Te tumulat lachrymis.

29. Ad Eudem. De anno climaëterico.

Vir probitate gravis, generoso stem-
mate clare,

Principibus solis, hâc regione, minor,
Communem senii scopulum contingere

postquam

Cepisti, est vita cymba soluta tua.

30. Ad Nic. Victor. J. H. Vereggii,
Roslevizi Domini, Filiolum,
Avo contumulatum.

Est avus ut vitæ longævæ hoc tempore, sic tu
Es vanitatis symbolum.

31. Ad Eudem. [bet horâ.]

Nasceris, & moreris, mediâ sit utrumli-
Quâm bene nos vitæ de brevitate mo-

32. In Dolmum. [nes.]

Qvicquid agit, sapienter agit, se judi-
ce, Dolmus,

Judice sed tantum se sapienter agit.

33. Ad

33. Ad Paulum Bergium, D. Med.

Nunc oculo possū reclē Te cernere dextro,
Ut lævo possim rectius, affer opem.

34. Usura, & scortatio.

Fānoris infelix, Veneris q̄ est exitus, eheu
Fœnus enim Satanæ militat, atq; Venus.

35. Ad Jo. Georg. Dorscheum D. Theol.

De Ursulae Rosæ Conjugis obitu.
Ursula. Laurus.

Edita mortalis, mortalis desit esse
Ursula, & in cœlo vivida Laurus agit.

36. Ad Eundem. [selianz]

Hortulus in terra tuus hanc retinere Ro-
Non potuit, cœli qvā Paradisus haber.
Cede Iubens, Dorschée, Deo dulcissime
florem,

Reddet eum, planè Te sibi qyādo dabis.

37. In Dolamnum. (lamne,

Omeginisse tui haud possim, furiose Do-
Sive dolī possim demeginisse tui.

38. Ad P. Bergium D. Medicum.

Herbarum refici oculos medicamine
nostros

Herbis pro validis non dabo verbatib;

39. Ad Uxorem. (qvantus
Ad Superos tardè venias ut funere,
 Opto, cum Superis quotidiè esse volo.
 40. Ad Jo. Gvolphgangum Stieffium,
 Popularem suum, virum experi-
 entissimum.

Jane, paras alius magnatū laude salutem,
 Attamen affecti corporis esse soles.
 Qui facit egregium, formā præstante, co-
 thurnum,

Sæpè minus pulchre calceat ipse pedem.
 41. Ad b. m. Annam Cothmannam,
 D. Laur. Steph. conjugem.

Mortua fæmineæ tecū virtutis imago est,
 Quæ natas inter fit rediviva tuas.

42. De Elisabetha Marqvardia,
 Rahnji sui privigna.

Evita in vita posita est Marqvardia virgo.
 Tunc fidei, nunc est prædicta lucerei.

43. Sursum corda.
 Ad Enochum Svantenium D. Theol.
 Præsens est imperfectū, nā præterit omne.
 Perfectum, & plus quam perfecitum ali-
 quando futurum est.

44. De

44. De Chamo.

Ebria ventoso temere ludibria mussans,
Rixosæ est instar murmure Chamæ anūs.

45. Ad P. Bergium, D.M.

Cōsule filiolæ, quæ lumine langvet utroq;
Sic homini mihi eris numinis instar ho-

45. De Laurent. Stephani, JC. (mo.

Jure Dei, & patriæ Stephanus certare la-
borans,

Hoc aliis, illo prosuit ipse sibi.

47. De Georg. Christ. Holzapffeln.

Arbores dulci pomū sylvestre vocatis;
Insignis pueros cui moderando savori

Nitacidi vitæ, quantum scio, penè diebus.

Nisi, quando mortis vermis obedit, habet

48. De Ginthieri Pallovii, viri no-

bilissimi sepultura.

Celi diversis facies illæta diebus,

Non potuit lachrymus abstinuisse suis.

Terra tot egregius nuper redimita coronis,

Ornatæ posuit, quod fuit omne sui.

Tam subiti causam lacrūs, fert rumor,

haberi, [vni.

Membra quod insignis sint tumulanda

E 4

49. Ad

49. Ad G. C. Holtzapffel.

Te grando affinē mihi mox exspecto su-

Affinis mortis præcipitate jaces. (turn)

50.

Ad Eundem,

Fatum plango meum, simul & deplo-

i morum,

Orbati caro pignore utrig, sumus.

51. Ad Henr. Rahn. J.D.

Te constante Deus quod complectatur
amore.

Indicat, assiduo funere quando petit.

Ter patienter unus, profunt tibi nubila
luctus.

Horum namq, loco jubila fructus erunt;

52. De Carolo, Magn. Brit. Rege.

Ad Matthiam Wassmuth, Prof. Rost.

Defensor fidei violètā est morte peremtus;
Quid mirū, quod sit mortua ubiq, fides.

53. De Eodem. Ad Eundem.

Interit fidei Defensor, &, Orberelicto,
Est Defensorem panè secuta fides.

54. De Nic. Hanen b. m. Basedoviæ

Domino,

... fulmi-
BA. 84

Fulmina cùni celsas lacerant crudeliter
arces,

Prodigium casus dicimus esse grayis.

Heroas quando similes mors dejicit Hani,

Qvid, nisi rem sati credimus esse trucis.

At, sicut prudens reparat, quod fulmina
perdunt,

Sic soboles referet patriæ amore patrem.
55. De Catharina.

Hec obitu Catharina suo verba ultima
dictat: (sumus.

Heu, præters fugiens sumus & umbra

56 De piè defunctā Dn. Nic. Hanii
nobiliss. Conjuge Adelheida Prehnia.

Prehnia deceſſit, nunquam revocata
mariti,

Sæpius in Christi sed revocata fidem.

Cur autem caro non conciliata marito est?

Concordes nemo conciliare potest.

57. Ad Jo. Georg. Dorscheum, D. Th.

In peregris tua Nupta locis imitata Rabe-
lem est, [semel,

Non, pariendo simul, sed, moriendo

E5 58. Ad

58. Ad Celsis, Dn. Gustav. Adolphum,
Ducem Meclenburgicum.

Optima Iosephī vitā tibi vita per omnem,
Obtingat, sed mors tardior, & levior.

59. Luscinia.

Lugendo cantans sum peccatoris imago,
Plangens, & plaudens qui male-
falla piat.

60. Ad Dan. Georg Morhof.

Quo collaudatur desūcta ciconia versu.
Hoc Mausoleum præstruis ipse tibi.

61. Ad Ottonem Frid. von Moltken/
Nicoriæ Dominum.

Dignus es ob mentem, qui non moriāre
benignam,

Mysta Dei fruitur Te vice ramq. Dei.

62. In Euclionem & Jenyov.

Euctio, filia deest tibi; filius Euctio nō est.
Illiberalis diceris vir Euctio.

63. Ad Ephorum suum, Dn. Dan. Ja-
num, Superint. Gustr.

Opto, novo felix curru utere, donec Elie
In cælum curru, Numine ductus, eas.

64. Ad

64. Ad Eundem.

Vi x tria literulis argentea verba repono,
Tempora dissimilēt hāc vice plura, tuis.

65. Ad Joach. Frid. Vereggium.

Gremlini Dn. (vers.)

Aclus exhaustus ferus, & tua prædia Ma-
Morsq; fuit thalamis exiliofa mis.
Non tamen illa malā, verūm æquā mente
tulisti. (eras.)

Dignus obinde, Deus cui bene vellet,

66. De Gronvello.

Lucratus, succendendo, est Herostratus.
Ædem,

Gronvelli, Regē, qvod, perimēdo, sum.

67. In Piscarium.

Flumine præterito, tēpli piscaris in arcā.
Fel, sic pistari, & sæva venena sapit.

68. De Jo. Georg. Dorscheo Th.

Dulce caput selectorū fuit arca librōrum.
Apponi Angelicus debuit ergo Tomis.

69. Ad Andr. Ticherningium, b.m.

Poëtam tersill. 1659.

Tu.

Tu patriam ingrederis, nobis ter mille
relicta

Casibus, q̄ properè mite seq̄vamur iter.
70. De Eodem.

Hac jacet insignis Musarum Interpres
in umbra,

Donec agat summum buccinalata sonū.
Vādalicā Niger est dictus cognōine Lingvā.

Nigra domus nigri, Candidus ipse fuit.
71. De J. G. Dorscheo, D. Theol.

Annos in mundi postqvam complevit
eremo.

Dorscheus veram transit in patriam.
72. In Piscarium. (abundē.

Missus es Edituus, simul & laudatus
O foret ægra tuo missa canicla loco.

73. Epitaphium Andr. Tscherningi.
Hoc jacet in tumulo Tscherningus, Jup-

piter unum

Cui caput, at Lingras fecit Apollo duas.
74. Ad Frid. Neandrum, Theol.

Tertia nūc cōjux perirāsiit, idq; Neader,
Est exantlati pars tibi prima mali.

Per-

Perfer, & obdura. qui justis ab orbe Mariæ
ire soli, ille poli reddet in urbe tibi.

Abstulin & nuper quas, Marte inimica, po-
testas,

Jugiter amissas reddet amicus opes.

75. Ad b. m. J. G. Dorscheum,

Magnus eras, & parvus eras, Dorschée,
vir idem.

Magnus eras alius, parvulus ipse tibi.

76. In Pilcarium. (re labem,

Quācanis aeger habet scabioso in corpo-
rū. Hac homo fers animo flagiōse tuo.

77. In Lupaeum.

Nulla qries loculis pente fuit agricolarū,
Et reqvies subhū nullatuo est loculo.

78. Consilium. (Jub ipsa

Per quod quis peccat, per idē fert dannas
Qui reqvī terra vult, reqviescat humi.

79. De crucibus 24. Jan. 1661.

Gustrovii vīsis.

Ad Dan. Janum, Superint.

Tres, cœlo lapsæ, nive & signare videtur,
Jane, irures statuum funera multa.

trium.

80. De

80. Deprecatio.

A user signa Deus justi indignate furoris.
Ignosce, agnosco, dele, equidem doleo.

81. Cruces niveæ.

Ad Nic! Heidemannum, Theol.

Frigida signa notat ericiū, nivē jacta per
auras,

Funera, quæ gelidâ frigidiora nivē.

ut verò signa hæc speciosa suèrē, piorum

Corporis interitus sic preciosus erit.

82. Crucium Gustrovicarū diversitas.

Esse senes, juvenes, adolescentesq; futuros,

Signa docet cruciū, mors, holocausta.

83. Mentiri non est &c. (tibi.)

Ad Lectorem. (busdam

Versibus, hâc serie qyos interpano qvi-

Mentior, & possum vir tamē esse bonus.

84. Tres crucis Gustrovicæ.

Signa docent crucium, posituros corpora.

santos

In Patris, Nati, & nomine, pneuma, tuo.

85. Cruces in Cœmeterio.

Ad Dan. Janum, Ephorum suum.

sando...

Sandorū ledi nive cādida signa tulerūt,
Quæ Domino inflxit vulnera qvina.
crucis.

Qveis signata venit cōversio, & ubere sētu
Funera, more tamen præteritura nivis.

86. Ad Zah. Shræderum. Theol.

Gaudeo, qvòd mēdax sum, carminis ore,
Poëta.

In duris malo, nolo Propheta loqui.

87. In Piscarium.

Relliquias jussus qvianō vis cōdere sāctas,
Relliquias condet carnificina tuas.

88. Testimonium triplex.

Ad Deum trinunum. (Cometa,

Turbo niger, crux alba nivis, rutilansq;
Tres iræ testes sunt, Deus alme, iuæ.

Istorum omne trium verum consistit in ore,
Verum, qvod falsis noxia damna dabit.

89. Ad Jo. Georg. Dorscheum, D.Th.

Post varias pugnas cū carne, & Dæmone,
& Orbe,

victori in cœlo parta corona tibi est.

90. Ad

90. Ad amicū suum Hard. Hanen Th.

Amplificare domum Te sole, & prole
placebat,

O sit sol, jussâ cedere prole, valens!

91. De Henrico Rahnio J.D. & Prof.

Rost. Facult. Sen. [gentis,

Rabnius, illa bonæ nuper pars optima
Defecata meæ lampas amicitia.

Pauperie locuples, argēto pauper, & auro,

Omnibus æqualis, nec minus unus erat.

Innumeris illum vir qui virtutibus æqvæt,
Unus si fuerit, vix, reor, alter erit.

92. De Eodem.

Non postrema tuli, sed passio prima ma-
lorum est,

Quod pars prima meæ cessit amicitia.

93. In Piscarium.

Pro meritis de me si vel centesima merces
solvatur, miserum Te periisse, decet.

94. De Eleonora Sibylla, jucundissimâ

Joach. Henr. Vereggi filiolâ.

Atatis pauper, genii ditissima virgo,
Splenduit heu generis fulva corona sui.

Nunc

Nunc jacet exanimis, nobis & didicat in au-
rem: (minus?)

Mortales, an non somnium, & umbra su-
95. De Henr. Rahnio a J. D.

Justitiae medium serrans, veriq; rigorem,
J Candoris lucem, vir pretiosus erat.

Illa nisi errantia tumultatus commoderet Orbi;
Injustus, mendax, & tenetebrosus erit.

96. Ad opt. Deum.

Injustum si non injuste ulcisceris Orbem,
Rahniada similes præcipis ire viros.

97. De Eleonora Sibylla Vereggia
lepidissimam puerula.

Eleonora, spie species pulcherrima matru-
C oplacuit pulchro pulchra nosella Deo.
Inde puerula prius, quam norat vivere terram,
Desit, & summi vivit alumna poli.

98. Ad Henr. Rahn b. m. Virum
integerrimum.

Nil de te quisquam, Rahni, bonus objicit
unquam,

Ni, fidei antiquae vir, quia morte jaces.

99. Ad Michaël, Archangel. 1662.
Consi-

Consilii Michaël magni Angele, summe
Redemptor,
Sulphureâ ereptos de styge jungs tibi,
Nec patere, ad dextram deflectere, sive si-
nistram,

Verum, Te mediavadere, coge, viâ.

100. De Eleonora Sibylla Vereggia
nobilissima puellula.

Lucida maternæ vixit virtutis imago,
Vixit, at exiguos Eleonora dies. (qva,
Abstulit egregiū thalamimors pignus ini-
Eqva tamen, vitâ qvōd meliore beat.

101. Ad Eandem.

Obtēta qvā non minimo virtutis amavī.
Eleonora vale, cara puella vale.

102. In Piscarium. [eger,

Te, scelerate, tuli; tumidum cacoēches ut
Qvo veniēte, dolet; qvō fugiente, valet.

103. Recordare novissima.

Ascendendo gradis, sedes meditare sa-
pernas:

Descendendo, memor funeris esto tui.

104. Refugium.

Anchora

Anchora totius Jesus sit firma salutis:
Hac scientus eris, naufragus esse ne quis.

105. Obitus.

Supremi Jesu meritum sit culcitra somni:
In vitam è tali pervagilabo toro.

106. Consilium salutare.

Ulnas in Jesu te conde & dic: bone Iesi:
Tunc eris in vita; si morieris ita:

107. De se ipso. [quam,

In, cum, sub qz Deo vivam, moriar qz, nec un-
In, cum, sub qz Deo si moriar, moriar.

108. Sententia ultima.

Et satanas Actor, Iudex, qui morte rede-
mit, (est.

Patronus qz, mihi Res mala facta bona
109. Ad Salvatorem.

Defuncto loqueris, defunctus vivit in ipso
Memento ut vivā, Christe, loquāre mihi.

no. Ad Joach. Schröderum, Theol.
Rost. divinitus restitutum.

Tu, quia Doctorū, studio venerabilis, ordo
Abdicat humanam, præmeditatus, opē.

Cōfugis ad Medicū, qui dirigit omnia nutu,
auxilium promptā porrigit ille manu.

III. Ad

III. Ad Eundem;

Praeseti qvāvis miracula tempore cessent,
Miraclo Temet convaluisse patet.

112. In Senem defunctum.

Noctes, atq; dies juvenis qvæ vivq; agebas,
Hæc repetis, nuper mortuus, ipsa senex.

113. Ad Dan. Janum, Superint.

Supremum punculum non mundi existere
mundi,

Jane, puto, & vita tےsqua, represq; puto.

114. Suspicie.

Ad Salvatorem.

Omnia cùm sursum sunt, & vertenda
deorūm,

Ut, qvæ vis, posim, Rex venerande, dabis.

115. De Septem Planetarum, i. Dec.

1662. conjunctione.

Septem Electores nuper sunt forte locuti,
Qvòd prope sit mundi terminus, atq; suus.

116. De 'Eodem.

Ad Casp. Marchium, D. Med.

Maxima concludunt convivia forsitan
Agni, (viros

Quando Domus Septem - continet una

hA. III

117. De

LIBER TERTIUS. 115

117. De justitia suâ coram Deo,

Ad Nic. Heidemannum, Theol.

Quale indumentum, fætentis sanguine
plenum,

Talis justitiae gloria tota meæ.

118. Fides. (omnes)

Sola fides operum meritum non rejicit
Rejicit at meritum parsibi sola fides.

119. Gloriatio coram Deo.

Ad Enochum Svantenium, D. Theol.

Gloria stupa mea est, rapidus quam de-
vorat ignis:

Sangvis eam durat, consolidatq; Dei.

120. Votum N. Anni.

Ad Salvatorem. (tor,

Tres, sexaginta, sexcenti, mille, Redem-

Sūt anni, qvādo Numine fact⁹ homo es,
carne mibi similis, similis tibi, coge poten-

Delicto siam præterunte truci. (ter,

121. Solarium postremum.

Ad Hardv. Hanium, Confess. suum.

Ante Dei possū meriti nūl ferre tribunal.

ASalvator meritū est unic⁹ omne meū.

122. De

122. De Annae, dictæ virginis.
Occibitu.

Ad Cives Rostoch.

Annam qvi fatuam jactu petiere nefādo,
Carnifex pueros, noxia monstra soli,
Pleclite pro meritis, in vos nē scomma re-
dundet:

Qvi reprobis parcit, reprobus esse solet.

123. Ad Martinum Rugiovaldum.
Pharmacopolam Gustrov.

Morbos, & mortem per congrua phar-
maca solvis.

Pixide vita recens, Rugiovalde, tuā est.

124. Ad Salvatorem.

Quinquaginta tribus vixi, sed turpiter,
annis,

Heu minor & vitæ pars tua, Christe,
fuit.

125. Ad h. m. Paulum Bergium,
Doct. Medicum.

Lumina clarificavisti mihi langida
qvondam,
At tua ræcavit mors tenebrosa tibi.

126. Lex

126. Lex univerſi.

Nascimur, & morimur Medici, jurisq;
periti, (mur.

Theologiq;. omnes nascimur, & mori-
127. Vindemia copiosa.

Nobile quando merum fructu Deus ubi-
re donat,

Morti damnatis ultima pocula dat.

128. De A. G. piis hilaribus.

Hunc librum inferno ructavit Cerberus
imo,

Attamen Angelico dicitur ore pius.

129. De Dolamno, (nus,

Exigue parvi, quod non facit ipse, Dolä-
Eximie magni, quod facit ipse, facit.

130. Euthanasia.

Ad Lectorem.

Disce mori, verum non quovis nomine,
tantum

In Christi Iesu nomine discere mori.

LIBRI TERTII
FINIS.

Rara culina ollis vacua est, licet optima,
fractis.

Sic visu rari sunt sine fraude typi.

Hinc, benevole Lector,


Pag. 1. Distichon IV. sic restitue:

Tristia sic lassis, sic seria mixta jocosis,

Ut tibi se dedant hinc lachrymæ, inde
sales.

Pag. 17. pro Ædam 1. Ædem. p. 17. pro
sua 1. tua. ibid. pro bajula 1. bajule pag
24. lin. ult. pro super. 1. supra. pag. 38.
pro pulso 1. pulsa. pag. 50. pro. docent
1. docens. pag. 51. historiæ 1. historicæ.

Cætera, qvorum sane non pauca, qvis-
que pro suo candore facilis corriget.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72739973X/phys_0125](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739973X/phys_0125)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72739973X/phys_0126](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739973X/phys_0126)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72739973X/phys_0127](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739973X/phys_0127)


DFG

Addn. DAN
Superi-
Janus erat bi-
J Hinc, Super

Ad Dn. PE
H
Not. Publ.
Q vem ma
Qvam mea

Qvod tibi con
Tu mea p

Laure
L Aurea qv
Vena Poëta



ANUM,
s hac or
go.
men & o-
habes.

ISEN-
um.
ujus ma-
tem,
qvi sibi
ve?
ui Soror
Parris:
nomina
fores.

t.
nequeunt
Vates,
arta calet.
Ergo